Fra Det Kgl. Biblioteks tekstportal (tekster.kb.dk)

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: ”Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab”, i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 188. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415583951920/facsimile.pdf (tilgået 18. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Helgesen, Poul, *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab,* 1932-1948

Joannis .6. d ¶ Hoc est opus dei vt credatis in eum quem misit ille ·

Luce .7. [44 a] Commendat dominus centurionis fidem dicens, Ne in Israel quidem tantam fidem inuenj

ibidem Ad Magdalenam dixit Fides tua te saluam fecit vade cum pace ·

Luce .8. Dixit ad discipulos timentes obortam in mari tempestatem cum iam cessaset, Vbi est fides vestra?

ibidem Ad mulierem que passa fuerat sanguinis profluuium Confide filia fides tua te seruauit vade cum pace ·

ibidem Ad patrem defuncte puelle, Noli timere crede tantum et salua erit,

Luce 17 Dicunt apostoli domino Adauge nobis fidem, Dixit autem dominus si habueritis fidem sicut granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, eradicare et transplantare in mare · et obedisset vobis.

ibidem Ad decimum leprosum mundatum dixit dominus, Surge vade fides tua te seruauit,

Luce 18 dicit Iesus Verum tamen filius hominis cum venerit an reperturus est fidem in terra,

ibidem Dixit ceco, Quid tibi vis faciam At ille dixit domine vt visum recipiam Et Iesus dixit ei Recipito visum, fides tua te saluum reddidit, et confestim visum recepit,

Romanorum 3° [44 b] Arbitramur hominem iustificari per fidem, absque operibus legis,

ibidem Vbi igitur gloriatio, Exclusa est, per quam legem, Operum, Non, imo per legem fidei,

Ad Romanos .v. Iustificati igitur ex fide pacem habemus erga deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem et contigit nobis ut fide perduceremur in graciam hanc,

[Resten af Siden tom, herefter udskaaret et Blad,
Blad 45 ubeskrevet]

[46 a] Fidei virtus ex veteri testamento

Gen. 15 b Credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iusticiam

Exodi 14 g Timuitque populus dominum, et crediderunt domino et Mosi seruo eius

1. Para : 5. c Exaudiuit eos dominus eo quod credidissent in eum,

2. Para . 16. c Quos cum domino credidisses tradidit in manu tua

Helgesen, Poul, *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab,* 1932-1948

Oculi enim domini comtemplentur vniuersam terram et prebent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum ibidem
Credite in domino deo vestro et securi eritis, 2.Para: 20.d.
Credite prophetis eius et cuncta euenient prospera ·
Crede deo et recuperabit te Ecci 2.b
Qui timetis dominum credite et non euacuabitur merces vestra · ibidem

[Resten af Blad 46 ubeskrevet]

[47 a]

De astrologis qui se matematicos vocant

Vnde dicitur Esaie xlvij : Defecisti in multitudine consiliorum tuorum : stent et saluent te augures celi, qui contemplabantur sydera et supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi, Ecce facti sunt quasi stipula ignis combussit eos, non liberabunt animas suas de manu flamme, etc

In hoc locum sic dicit Hieronymus Isti igitur qui supputant menses annosque dinumerant et horarum momenta librantes futurorum scientiam pollicentur Dicant tibi quid dominus super te cogitauerit illisque tacentibus quid venturum sit propheta respondit, ecce facti sunt quasi stipula, ignis deuorauit eos, vt qui salutem aliis promittebant sua ignorabant supplicia

Vnde idem Hiero : In illud Hieremie x Hec dicit dominus Juxta vias gentium nolite discere, et a signis celi nolite metuere que gentes timent quia leges populorum vane sunt

Sic inquit Proprie aduersus eos loquitur qui venerantur celestia, et que in signa sunt posita annorum, temporum, mensium et dierum, ab his estimant regi humanum genus et ex causis celestium terrena moderari, Quodque ait leges sine legittima populorum vane sunt, omnem humanam sapientiam futilem esse demonstrat et nullam habere in se vtilitatem,